



## Universitätsbibliothek Paderborn

**Io. Francisci Leonis Eporediensis I. V. D. Episcopi  
Thelesini Thesaurus Fori Ecclesiastici**

**Leoni, Giovanni Francesco**

**Coloniae Agrippinae, 1682**

52 Satan non tantum animas, sed etiam corpora. Christianorum inde  
fessus oppugnat.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10316**

cap. 8. punt. 4. & Majol. eod. colloq. §. que  
verò pag. 100. habet enim dæmones pot-  
estate supra phantasmum hominis, etaque  
alienare, ut videatur bestia, seu bestiale  
animal, eum non sit, Andr. de Iser. in tit.  
de pecul. amat. in ver. & quamquam verita-  
tem in confit. Regn. Sicil. per D. August.  
libr. 18. de Civit. Dei, cap. 18.

§2. His infidijs † Satan, non tantum ani-  
mas, quas assidue indefessus oppugnat, sed  
etiam corpora, impedit, non tantum  
spiritualis, quam corporeæ salutis everfor,  
sed ut ad rem redeam, in hoc genere  
aliud impurissimum ille molitur, non mi-  
nus damnosum, nam, quos habet da-  
nare illius artis cultores, si magicis arti-  
bus alicui noxā intulerint, aut ligaturis  
matrimonia contracta dissolverint, aut  
contrahenda impedierint, eosdem per-  
versè docet, salubria superstitionis modis  
remedia profiteri, & fascinatos in grave  
scelus impellere, & unde vulnus illatum,  
inde medicina petatur, & altera manu  
venenum propinent, altera polliceri pos-  
sunt antidotum. His dolis instructus, &  
arte pelasgæ Satan divinum nomen affe-  
ctans, miseros captat innumeros, diris  
secum flammis, nisi resipuerint, excru-  
ciandos. Hic illi quæstus existit uberri-  
mus. Nam multi hoc nomine decepti,  
corporeæ potius, quam spiritualis salutis  
avidi, dum aliquid mali ab hujusmodi  
belluarum peste, aut aliunde, accepisse  
suspicuntur, non ad divinam opem ora-  
tionibus, alijve pijs operibus imploran-  
dam, confugiunt, non peccara, tanquam  
veram hujusmodi malorum causam, ex-  
trudere pœnitentia student, sed malefi-  
cos, striges, & fortilegos consulunt illo-  
rum more, qui à scorpionibus i&i ab eis-

dē solēt remediū petere, plus in diabolica  
arte, quam in divino subfido confiden-  
tes, contra illud, Levit. cap. 19. Non de-  
clinetis, inquit Demius, ad Magos, nec  
ab ariolis aliquid sciscitermini, ut pollua-  
mimi pere eos, & † quam hoc crimen Deo  
exosum sit, multis in locis litteræ sacrae  
testantur, & præsertim in ead. Levit. cap.  
20. Anima inquit Dominus, quæ decli-  
naverit ad magos & arioles, & fornicata  
fuerit cum eis, ponam faciem meam con-  
tra eam, & interficiam illam de medio  
populi sui, & in si. d. cap. vir sive mulier,  
in quibus Pythonicus, vel divinationis  
fuerit spiritus, morte moriantur, lapi-  
dibus obruent eos, sanguis illorum sit su-  
per illos & in Deut. cap. 18. Non invenia-  
tur in te, qui lustret filium suum, aut fi-  
liam ducens per ignem, aut qui arioles  
sciscitur, & observet somnia, atque  
auguria, nec sit maleficus, nec incanta-  
tor, nec qui Pythones consulat, nec di-  
vinos, aut querat à mortuis veritatem.  
Omnia enim hæc abominatur Dominus,  
& propter istiusmodi sceleræ delebit eos  
in introitu tuo. Hæc moyses, sic decipiuntur  
à Diabolo incauti homines ad venefi-  
cos, & magos divarcentes, qui dum exc-  
eratissime arti, & ejus artifici Satanæ  
consentient medicinam quarrentes, vel  
quid simile grave peccatum admittunt,  
& æternam libi mortem inveniunt. Non  
tamen reticebo sæpè numero fieri, ut  
hujusmodi belluz falsa pronunciant, &  
varia pro medicina venenosa tribuant,  
Deo sic permittente, juxta illud. Isaia c.  
44. Irrita faciens signa divinorum, &  
ariolos in furorem vertens, & apud Isaia  
cap. 47, veniet super te malum, & nes-  
ties ortum ejus, veniet super te miseria,

quam